

prefatam ecclesiam Treverensem pre ceteris Germanie ecclesiis insigniverit et decoret, nos omnem prerogativam, quam dictus archiepiscopus eiusque predecessores ex hoc tam in prima voce in electione Romanorum regis quam aliis imperii negociis per principes electores communiter pertractandis hactenus habuerunt, et prout hactenus eadem prerogativa usi et gavisii sunt, ex certa nostra sciencia approbamus et confirmamus, volentes, quod dictus archiepiscopus et sui successores pretacta prerogativa prime vocis tam in electione Romanorum regis quam aliis negociis imperii per principes electores, ut prefertur, communiter pertractandis, prout retroactis temporibus ea usi sunt, ita inantea perfruantur et gaudeant perpetuis temporibus successivis.

*1354 Jan. 8 (B.-Huber 1739).

Cum igitur inter cetera . . . vetustas sanctam Treverensem ecclesiam pre . . . quam venerabilis Baldewinus archiepiscopus Treverensis, princeps et patruus noster karissimus, eiusque . . . regis futuri imperatoris quam . . . hactenus procul dubio habuerunt . . . regis futuri imperatoris quam . . . inantea pacifice perfruantur et libere gaudeant . . . successivis.

Nulli¹ . . . nostre approbacionis et confirmationis paginam . . . penam centum librarum . . . incurrisse.

K 56 X: Item cum inter . . . ceteris Alamanie ecclesiis . . . venerabilis Boemundus archiepiscopus, princeps et devotus noster predictus, eiusve predecessores . . . successivis.

K 76 X: Item cum . . . venerabilis Cūno archiepiscopus Treverensis, princeps et devotus noster, * eiusve . . . et * hactenus . . . pertractandis, quia retroactis . . . sunt, * inantea . . . successivis.

XI. Erwerb veräusselter Reichsgüter.

K 46 XI: (1) Concedimus etiam ipsis archiepiscopo suisque successoribus et permittimus graciose, quod ipsi omnia bona et feoda imperii sive regni, ubicumque reperiantur obligata, alienata sive vendita, in quibuscumque rebus consistant aut quibuscumque nominibus nuncupentur, ac imperii feoda possint coniunctim vel divisim * redimere, reemere aut emere ac ea eodem iure seu tytulo tenere et habere, quo ea possessores huiusmodi possederunt.

(2) Et si prefatus archiepiscopus iam aliqua de huiusmodi bonis vel feodis imperii sive regni redemit, reemit vel redemit seu etiam alias conquisivit, huiusmodi redemp-

1) Pönformel A.